

# The *Liber Pharetrae* Project

## Liber 2: De principalium vitiorum et virtutum multiplicitate Caput 49: De eleemosyna accepta (2)

Idem (Gregorius, in homilia super illud  
*Luc. XVI: Facite vobis amicos, etc.*): →

Ad tribuendum pigri cur estis,  
quando hoc, quod iacenti in terra  
porrigitis, sedenti in caelo datis?

Dominus ait:

*Quidquid fecistis uni de his fratribus* ←  
*meis minimis, mihi fecistis.*

Pensate quod ipsa per se Veritas dicit:  
*Quamdiu fecistis uni de his fratribus*  
*meis minimis, mihi fecistis.*

Ad tribuendum ergo pigri cur estis,  
quando hoc quod iacenti in terra  
porrigitis sedenti in caelo datis?

Gregorius Magnus, *Homiliae in euangelia*, 2.40.12 (CCSL 141, R. Étaix ed., pp.410-11, ll.443-446).